



Lit. Rom. B  
183



*Stara B. 24*





# Marci Tullij Cicero nis pro Rege Deiotaro Oratio.

Germanae Iuuentuti bonarum artium  
studiosae Hermānus Tulichius.

Ingenuo flagrans studio Germana Iuuentus,  
 Nobile scriptorum sedula volue genus.  
 Quod neq; deformat rudis & dānata vetustas,  
 Quod neq; sordidula prae nouitate iacet.  
 Ut perhibent vulgo, medium cum laude tenebis,  
 Quod nimis, id merito carpere quisq; potest.  
 Nemo quidem sanæ miratur desita mentis,  
 Nemo recens, nimia quod leuitate scatet.  
 Moribus antiquis, presentibus vtere verbis,  
 Non, quibus Aeuandri dicitur vsa parens.  
 Prisca tamen grato renitescunt lumine verba,  
 Si modo sint raris & quasi nata locis.  
 Quod nouitate placet, nec rerum pondere constat,  
 Reijce, ne quidquam non didicisse voles.  
 Est graue, nec cuiquam satis enarrabile damnum  
 Temporis, exactum quod reparare nequis.  
 Id precor expendas in amatae Palladis vsum,  
 Quae nihil admittae rusticitatis habet.  
 Vnde tibi, patulo quo nil est pulchrius orbe,  
 Prouenit aeterno nomine clarus honor.  
 Quod tibi Romanae parient spectata Mineruae  
 Lumina, quae nunquam non imitanda liquet.  
 Martia grandiloquo scripturus gesta paratu,  
 Exprime Lucanum Virgiliumq; stilo.  
 Imparibus teneros numeris lusus amores,  
 Nasonis faciles volue reuolue modos.  
 Scenica sublimi posituro facta Cothurno,  
 Quid melius Seneca lingua latina dabit?  
 Nil salibus Plauti, nil gratius arte Terentij  
 Inuenies, Soccus si tibi forte placet.  
 Mollia Bilbiacus vates epigrammata fecit,  
 Quem pete, si studio duceris ipse pari.  
 Historias fausto meditantij condere ductu,  
 a Crispo primus, amandus erit.  
 Optimus eloquij Cicero est auctorq; parensq;  
 Quem bene dicendi delige quæso ducem.  
 Hoc grauius nihil est, nihil est hoc purius vno,  
 Nil melius, Latiae si tibi cura phrasis.  
 Hunc lege, seu propria splendet lampade Phœbus,  
 Seu renitens alio victitet orbe soror.

τελος.



Oratores et Epistologr. Vet. Lat. 45.

**Integerrimo ac prestantissimo viro dño Joanni Rhagio  
Aesticiapiano diuinay literay interpreti accuratissimo Rhe  
tori ac poete laureato, preceptoru suo eloquentissimo. Ma  
gister Laurentius Tyranus Lotbuius. S.**

Cum nuper cogitarem: preceptor humanissime: qua ratio, quo vitæ mō canicula  
riū dierū tempestatē, uel cōmode, uel plurimorū utilitate traducere, uenit in mentē  
mihi/nō insolēs aut inepta Stoicorū sentētia, hoīes uidelicet hoīm causa esse natos,  
tu ipsi inter sese, alii aliis pdesse possent. Platonis p̄terea sentētiæ tū erā haud imme  
mor/ qait, Nō solū nobis nati sum⁹ &c. Id porro fieri a me posse ( nisi tua humanissi  
ma eruditiōe edoctus) nō cōsiderē. Ostēdisti etem̄ satis superq; signa & notas optima  
rū disciplinarū certissimas, quib⁹ benedicēdi thesaur⁹ iā pridem subfossus ( nisi nos  
adeo inertiae dediti essem⁹ ) studio & labore adhibito/ facile erui posset. Sed proch  
dolor quot⁹ quisq; est, qui b̄dicēdi uim amet⁹ quiq; p hac frugi arte assequēda, uilis  
uirib⁹ conest⁹ oēs ferme ignauiae studēt, barbariē a teneris epotam, cupide adhuc in  
dics magis atque magis hauriūt. Tua uero eruditionis palestra, semper talis extitit,  
ut ex ea perinde ac ex Isocratis officina innumeri discipuli & facūdiffimi p̄darent.  
Tua nempe disciplina sola hoc effecit, ut qui antea in angulis mussitare solebā, in pub  
licū nūc p̄dire ausus sim. Fretus itaq; p̄ceptor obseruādissime tua singulari eruditiōe  
atque b̄dicēdi copia uberrima, qua me equidē plurimū adiutū/ & ingenue fateor/ &  
palā p̄fiteor. Ne igit̄ hoc p̄fati tēporis interuallo, uel ocio marcerē, uel p̄sus me desi  
dia turpiter & fede dederē, decreui exercitatiōis giā aliqd in mediū afferre. quod ex  
te quasi singulare quiddā audierim, qd̄ exactā eloquēdi peritiā demonstraret. Quā ob  
rem hāc M. Tull, Romani eloquiū patris oratiūculā, nō minus disertā/ q̄ sentētiis lu  
culētissimis refertā, p̄batā indolis iuuetuti explanare cōstitui. quā qdē perspexi haud  
dubie fore/ tibi ornamento ac laudi, iuuetuti magno p̄modo, & mihi usui q̄maximo.  
Vale. Datū Vuitenbergæ. Anno a recōciliata diuinitate, decimoctauo supra sesqui  
millesimum decimosextimo Ca: Iulii.

**Ad lectorem.**

Pleno matura gressu: studiosa iuuentus.

Et stabili firmum nunc pede fige gradum

Conspicitur coram Cicero, princepsq; parensque

Linguae Romanae, & gloria summa togae.

Eloquiū uires, ac horrida fulmina torquet,

Præque potens linguae fortia tela iacit.

Orator summus, de rebus dicere diues,

Magniloquo, replet magna theatra, sono.

Mitibus iratos ciues moderatur habenis,

Indomitos frangit, concita rostra domat.

Possidet hic plane, uel quicquid præstat Apollo,

Vel quicquid facilis nuntius ipse deum.

Clara patet uirtus Cicerone loquente Minerva,

Dicendi artis honos, ingeniiq; decus.

Omnes suspiciūt, simul hunc mirantur & omnes,

Istehic præ cunctis ora rotunda nitet,

Huc igitur celeri concede gradu: bona pubes:

Si bene dicendi, si tibi cura phrasis,

Hic facilem lingua, quisquis, didicisse leporem,

Ingenioq; potes consuluisse tuo.

*Submissio  
petro parvulo  
1713*

Dei... in de... dicit... ad... et... arguamur  
Dat... Jugurth... in... dicitur... dicendum...  
... toto... Et in... equis...

**PRO REGE DEIOTARO ORATIO,**

**U**m in omnibus causis grauioribus C. Caesar initio di-  
cendi comoueri solea vehementi, qua uidei vel usus vel  
etas mea postulare, tamen in hac causa ita me multa per-  
turbant, ut quantum mea fides studij mihi afferat, ad salu-  
tem Regis Deiotari defendenda, tantum mihi facultatis ti-  
mor detrahat. Primum dico pro capite fortunisque Regis Deiotari, quod  
ipsum, si non iniquum est in tuo dumtaxat periculo, tamen est ita inuitatum  
Regem reum capitis esse, ut ante hoc tempus non sit auditum. Deinde eum  
Regem, quem ornare antea cuncto cum senatu solebamus, pro perpetuis  
eius in nostram Rem, meritis, nunc contra atrocissimum crimen cogor  
defendere. Accedit ut accusatorum alterius crudelitate, alterius indigni-  
tate perturber. Crudelē Castore ne dica, an sceleratum & impiu, qui nepos  
aut in discrimē capitis adduxerit: adolescentisq; suae laudē, q; terrorē in-  
tulerit ei, cui senectutē tueri & tegere debebat, p̄meditationēq; ineūtis aeta-  
tis ab impietate & ab scelere duxerit: ac aui seruum corruptu premijs ad  
accusandu dominum impulerit: & a Legatorum pedibus abduxerit: Fugiti-  
ui aut dominum accusantis & dominu absentem, & dominu amicissi-  
mum nostrae Reip: cum os uidebam & uerba audiebam: nō tam afflic-  
ctam regiam conditionem dolebam: qua de fortunis comunibus extimes-  
cebam, Nam cum more Maiorum de seruo in dominu ne tormētis qui-  
dem queri liceat: in qua questione dolor ueram uocem elicere possit, etiā  
ab inuito extortus est seruus, qui quem in eculeo appellare nō posset, eū  
accuset solus. Perturbat me C. Caesar etiā illud interdū, qd tamē cum te  
penitus recognoui, timere desino. Re, n, iniquum est, sed tua sapien-  
tia fit æquissimum. Nam dicere apud eum de facinore, contra cuius uita  
consilium facinoris inisse arguare: si per se ipsum cōsideres: graue est.  
Nemo enim fere est, qui sui periculi iudex non sibi se æquorem, qua reo  
præbeat. Sed tua Caesar præstans singularisq; natura hunc mihi metum  
minuit. Non em̄ tam timeo, qd tu de Rege Deiotaro, qua intelligo qd de  
te ceteros uelis iudicare. Moueor etiam loci ipsius insolentia, q; tantam  
causam quanta nulla unquam in disceptatione uersata est, dico intra dos  
mesticos parietes, dico extra conuentum & eam frequentiam, in qua ora-

In Exordio C. Caesar  
... a pagina Caesaris et  
... a pagina Deiotari...

Capitulum de inuoluntate  
... a pagina Caesaris...

Capitulum de a personis  
... a pagina Caesaris...

Capitulum de seruo  
... a pagina Caesaris...

Conditio hanc & in  
... a pagina Caesaris...

Quod agit inuoluntate  
... a pagina Caesaris...

Capitulum de inuoluntate  
... a pagina Caesaris...

Studiosus...

Id est...

Id est...

Id est...

Id est...

Id est...

Id est...

Contra erat factus in quo erat...

Id est... in ab uno... ad...

MARCI TVLLII CICERONIS,

torum studia niti solent, in tuis oculis, in tuo ore, vultuq; acquiesco. te  
vnum intueor, ad te vnum omnis mea spectat oratio, quæ mihi ad spem  
obtinendæ veritatis grauissima sunt, ad motum animi & ad omnem impetum  
dicendi contentionemq; leuiora. Hanc enim C. Cæsar causam, si  
in foro dicerem, te eodem audiente & disceptante, quãtam mihi alacritatem  
P. R. concursus afferret? Quis enim ciuis ei Regi non faueret, cuius  
omnem ætatem in P. R. bellis consumptam esse meminisset? Spectarem  
Curiam, intuerer forum, celum deniq; testarer ipsum, sic cum & deorũ  
immortalium, & P. R. & senatus beneficia in Regem Deiotarum recora-  
darer, nullo modo mihi deesse posset oratio. Quæ quoniam angustiora  
parietes faciunt, actioq; causæ maxime debilitat loco, tuũ est Cæsar, qui  
pro multis sæpe dixisti, quid nunc mihi animi sit, ad te ipsum referre.  
quo facilius, tu æquitas tua, tum audiendi diligentia minuat hanc pertur-  
bationem meam. Sed antequã de accusatione ipsa dico, de accusatorũ spe-  
pauca dicam. Qui cum videãtur, neq; ingenio, neq; vsu atq; exercitatioe  
rerum valere, tamẽ ad hanc causam nõ sine aliqua spe & cogitatione vene-  
runt, iratum te Regi Deiotaro fuisse nõ erant nescij. Affectum illum qui-  
busdam incommodis & detrimetis, propter offensionẽ animi tui memi-  
nerat, teq; cum nunc iratum, tum tibi amicum fuisse cognouerat. Cumq;  
apud ipsũ te, de tuo periculo dicerent fore putabant, vt in exulcerato ani-  
mo facile fictum crimen insideret. Quamobrem hoc nos primum metu  
Cæsar, per fidem & cõstantiam & clementiam tuam libera, ne residere in  
te vllam partem iracundiæ suspicemur. per dexterã istam te oro, quã Re-  
gi Deiotaro hospes hospiti porrexisti, istam inquam dexteram, nõ tam  
in bellis & in prælijs, quã in promissis & fide firmiorem. Tu illius domũ  
inire, tu vetus hospitium renouare voluisti, te eius dij penates acceperũt,  
te amicum & placatum Deiotari Regis aræ fociq; viderunt. Cũ facile ex-  
orari Cæsar, tum semel exorari soles. nemo vnq; te placauit inimicus, qui  
vllas reledisse in te similitatis reliquias senserit, Quanquã cui sunt inaus-  
ditæ de Deiotaro querelæ tuæ? Nunquam tu illũ accusauisti vt hostem,  
sed vt amici officio parum functum, quod propensior in Cn. Pompeij  
amicitiam fuisset, quã in tuã. Cui tamen ipsi Regi veniã te daturum fuisset

quæstio extra præterit  
sicut in ad dicitur

quæstio aliquando  
quæstio cuiusdam  
in a natura ingratam  
nunc videtur  
quæstio ut in dicitur  
quæstio ut in dicitur  
quæstio ut in dicitur  
quæstio ut in dicitur

quæstio ut in dicitur  
quæstio ut in dicitur

quæstio ut in dicitur  
quæstio ut in dicitur  
quæstio ut in dicitur  
quæstio ut in dicitur

HA

quæstio ut in dicitur

quæstio ut in dicitur

quæstio ut in dicitur

quæstio ut in dicitur

quæstio ut in dicitur

quæstio ut in dicitur

quæstio ut in dicitur

quæstio ut in dicitur



PRO REGE DEIOTARO ORATIO.

sed dicebas, si tum auxilia Pompeio, vel si etiam filium misisset, ipse tamē  
excusatione etatis vsus esset. Ita, cū maximis eū de rebus liberares, per  
paruam amicitie culpam relinquebas. Itaq; non solum in eū non animad  
uertisti, sed oī metu liberauisti, hospite agnouisti, Regē reliquisti. Neq;  
em ille odio tui progressus est, sed errore cōmuni lapsus est. Is Rex que  
senat<sup>9</sup> hoc nomine sæpe honorificentissimis decretis appellauisset, quicq;  
eum illum ordinem ab adolescentia grauissimum sanctissimūq; duxisset,  
issidem rebus est perturbatus homo lōginquus & alienigena, quib<sup>9</sup> nos in  
media Rep, nati semperq; versati. Cū audiret Senatus consentiētis aucto  
ritate arma sumpta esse, Cōsulibus, Prætoribus Tr, Pl, nouis Imperas  
toribus Remp, defendendam datam, mouebatur animo, & vir huic impe  
rio amicissimus de salute R, P, extimescebat, in qua etiam suā inclusam  
esse videbat, in summo tamen timore quiescendum sibi esse arbitrabatur  
Maxime vero perturbatus est, vt audiuit Consules ex Italia profugisse,  
omnesq; Consulares (sic enim nunciabatur) cunctum Senatū, totam Ita  
liam esse effusam. talibus enim nuncijs & rumoribus patebat ad orientem  
via, nec vli veri nuncijs subsequerantur. Nihil ille de conditionibus tuis,  
nihil de studio concordia & pacis, nihil de conspiratione audiebat certo  
rum hominum contra dignitatem tuam. Quæ cum ita essent, tamen vsq;  
eo se tenuit, quo a Gn. Pompeio ad eum legati literaq; venerunt. Ignor  
sce ignosce Cæsar, si eius viri auctoritati Rex Deiotarus cessit, quē nos  
omnes secuti sumus, in quem cum dis atq; homines omnia ornamenta cō  
gessissent, tum tu ipse plurima & maxima. Neq; enim, si tuæ res gestæ cæ  
terorum laudibus obscuritatem attulerunt, iccirco Gn. Pompei memo  
riam amissimus. Quantū nōmē eius fuerit, quantæ opes, quāta in oī gene  
re bellorum gloria, quanti honores P, R, quanti senatus, quanti tui, quis  
ignorat? Quanto ille superiores vicerat gloria, tanto tu omnibus præsti  
tisti. Itaq; Gn. Pompeij bella, victorias, triumphos, consulatus admi  
rātes numerabam<sup>9</sup>, tuos enūerare nō possum<sup>9</sup>. Ad eū igit Rex Deiotar<sup>9</sup>  
venit, hoc misero fataliq; bello, quē ante iustis hostilibusq; bellis adiuue  
rat. Quo cum erat non hospitio solum, verum etiam familiaritate coniun  
ctus. Et venit, vel rogatus vt amicus, vel accersitus vt socius, vel vocas

Si quis hinc / 21 i  
esset videro nisi in p  
animabuntur firi  
de hinc hinc hinc

Conspicua 3 200

In am inuentione  
vont aduentu Cesar  
timor statim et  
timor fuerunt  
atq; etia fuga appian  
antgar

Quid sit appianus  
va de hinc hinc hinc

La Cō a hinc hinc  
pauit Cesar rompa  
R fia filia hinc hinc  
ad id et hinc hinc  
regnum hinc hinc  
et hinc hinc hinc  
hinc hinc hinc

De quibus hinc  
hinc hinc hinc  
hinc hinc hinc  
hinc hinc hinc  
hinc hinc hinc  
hinc hinc hinc  
hinc hinc hinc

A iij ca apia

Si hinc hinc  
hinc hinc hinc

Sancti i hinc  
hinc hinc hinc

Si hinc hinc  
hinc hinc hinc

Qui hinc hinc  
hinc hinc hinc

Septem hinc  
hinc hinc hinc

Si hinc hinc  
hinc hinc hinc

Si hinc hinc  
hinc hinc hinc

Si hinc hinc  
hinc hinc hinc

Si hinc hinc  
hinc hinc hinc

Handwritten notes at the top of the page, including the page number 'li 35 a f'.

MARCI TVLLII CICERONIS

tus ut is qui Senatui parere didicisset. Postremo venit ut ad fugientem, non

ad insequentem, id est ad periculi non ad victoriae societatem. Itaque Phars

alico praelio facto a Pompeio discessit, spem infinitam persequi noluit, vel

officio si quid debuerat, vel errori si quid nescierat, satisfactum esse duxit.

Domum se contulit, tunc Alexandrinum bellum gerente, utilitatibus tuis

paruit. Ille exercitum Cn. Domitii amplissimi viri, suis tectis & copiis

sustentavit. Ille Ephesum ad eum quem tu ex tuis fidelissimum & probatissimum

omnibus delegisti, pecuniam misit. Ille iterum, ille tertio auctionibus fa

ctis pecuniam dedit, qua ad bellum uteretur. Ille corpore suum periculo ob

iecit, tecumque in acie contra Pharnacem fuit, tuumque hostem esse duxit

suum. Quae quidem a te in eam partem accepta sunt Caesar, ut eum amplis

simo Regis honore & nomine affeceris. Is igitur non modo a te periculo

liberatus, sed etiam honore amplissimo ornatus arguitur domi te suae in

terficere voluisse, quod tu (nisi eum furiosissimum iudicas) suspicari profe

cto non potes. Ut enim omnittam, cuius tanti sceleris fuerit in conspectu

deorum penatium necare hospitem, cuius tante importunitatis omnium

gentium atque omnis memoriae clarissimum lumen extinguere, cuius tanta

ferocitatis victorem orbis terrarum non extimescere, cuius tam inhu

mani & iugitati auctoris quo Rex appellatus esset, in eum Tyrannus inue

niri. Ut haec omnittam, cuius tanti furoris fuit, omnes Reges quorum multi

erant finitimi, omnes socios, omnes liberos populos, omnes provin

cias, omnia denique omnium arma, contra se unum excitare? Quoniam ille

modo cum regno, cum domo, cum coniuge, cum charissimo filio distra

ctus esset, tanto scelere non modo perfecto, sed etiam cogitato? At credo

haec homo inconsultus & temerarius non videbat? quis consideratio illo?

quis rector? qui prudentior? quamquam hoc loco Deiotarum non tam ingenio

& prudentia, quam fide & religione vitae defendendum puto. Nota tibi est

hominis probitas C. Caesar, noti mores, nota constantia. Cui porro (qui

modo Populi Romani nomen audiuit) Deiotari integritas, gravitas, vir

tus, fides, non audita est? Quod igitur facinus nec in hominem imprudem

tem cadere posset propter metum praesentis exitus, nec in facinorosum nisi

esset idem amantissimum id vos, & a viro optimo, & ab homine minime stult

Vertical column of handwritten marginal notes on the left side of the page.

Vertical column of handwritten marginal notes on the right side of the page.

PROREGE DEIOTARO ORATIO.

to cogitatū esse confingitis? At quā nō modo non credibiliter sed ne sus-  
 piciose quidem. Cum (inquit) in castellum Luceium venisses, & domū res-  
 gis hospitis tui diuertisses, locus erat quidam, in quo erant ea composita  
 quibus te Rex munerare cōstituerat, huc te e balneo priusq̄ accumberes  
 ducere volebat. Ibi enim erant armati, qui te interficerent. in eo ipso lo-  
 co collocati. En crimen, en causa, cur Regem fugitiuus, dominū seruus  
 accuset? Ego me hercule Cæsar initio (cum ē ad me ista causa delata) Phi-  
 lippum medicum seruū regium, qui cum legatis missus esset ab ipso ad os-  
 lescente existimaui esse corruptum, hac suspitione sum percussus, Medi-  
 cū indicem subornauit, fingit videlicet aliquod crimen veneni, & si a ver-  
 ritate longe, tamen a consuetudine criminandi non multum res abhorre-  
 bat. Quid ait medicus? Nihil de veneno. At id fieri potuit, primo occulti-  
 us in potione vel cibo, deinde etiam impunius fit, quod cum est factum,  
 negari potest. Sed si palam te interemisset, omniū in se gentiū non solum  
 odia, sed etiam arma conuertisset, si veneno, louis illius quidem hospita-  
 lis numen nunq̄ cælare potuisset, hoies vero fortasse cēlasset. Quod igit̄  
 & occulti⁹ conari, & efficere cauti⁹ potuit, id tibi & medico callido & seruo  
 (vt putabat) fideli nō credidit? de armis, de ferro, de insidijs cælare te nos-  
 luit. At quā festiue crimē contexitur? Fua te (inquit) eadem quæ semp for-  
 tuna seruauit. Negauisti tum te inspicere velle, quid postea? An Deiotar-  
 us Rex illo tempore nō perfecta re continuo dimisit exercitum? Nullus  
 erat alius insidiandi locus? At eodem te cum cænauisses rediturum dixe-  
 ras. Itaq̄ fecisti, horam vnam aut duas eodem loco armatos, vt colloca-  
 ti fuerant, retinere magnum fuit: cum in conuiuio comiter & iucunde fus-  
 isse, tum illuc tuisti vt dixeras. Quo in loco Deiotarū talem erga te cog-  
 nouisti, qualis Rex Attalus in P, Africanum fuit, cui magnificentissis-  
 ma dona (vt scriptū legimus) vsq̄ ad Numantiā misit ex Asia, quæ Africa-  
 nus inspectante exercitu accepit. Quod cum præsens Deiotarus regio &  
 animo & more fecisset, tu in cubiculum discessisti. Obsecro Cæsar repete  
 temporis illius memoriam, pone illum ante oculos diem, Vultus hominū  
 te intuentium atq̄ admirantium recordare. Num quæ trepidatio? num  
 qui tumultus? nunquid nisi moderate, nisi quiete, nisi ex hominis grauis

Da ceterum  
fundamentis  
veris p. d. p.

Quod sunt  
accusatores  
p. d. p.

Deiotarus  
de vita cæsar

his veris p. d. p.  
apud fundamentis  
in causa p. d. p.

De  
quod p. d. p.  
in causa p. d. p.

At habet p. d. p.  
in causa p. d. p.

MARCI TVLLII CICERONIS,

Prolocutio est ex  
figura

limi & sanctissimi disciplina: Quid igitur causae excogitari potest, cur te  
lautum voluerit, cenatum noluerit occidere? In posterum (inquit) diem  
distulit, ut cum in castellum Luceium ventum esset, ibi cogitata perface-  
ret. Non video causam loci mutandi, sed tamen acta res criminose est, cum  
inquit mouere te post cenam velle dixisses, in balneum te ducere coeperunt,  
ibi enim erant insidiae. At te eadem illa fortuna tua tunc seruauit. In cubi-  
culum te ire malle dixisti. Deum te perdant fugitiue, ita non modo nequa &  
improbis, sed fatuus & amens es. Quid ille signa aenea in insidijs posue-  
rat, quae e balneo in cubiculum transferri non possent? Habes crimina in-  
sidiarum, nihil enim dixit amplius. Horum (inquit) erae conscius, Quid  
tuum? ita demens ille erat, ut eum quem conscium tanti sceleris haberet a  
se dimitteret? Romam etiam mitteret, ubi & inimicissimum sciret esse ne-  
potem suum, & C. Caesarem cui fecisset insidias, praesertim cum is vnus  
esset, qui posset de absente se vindicare? Et fratres meos (inquit) quod erant  
conscii, in vincula coniecit. Cum igitur eos vinciret, quos secum habebat,  
te solum Romam mittebat, qui eadem scires, quae illos scire dicis. Res-  
liqua pars accusatiouis duplex fuit. Vna est regem semper in speculis fuisse  
se, cum a te esset animo alieno. Altera, exercitum eum contra te magnam compa-  
rasse. De exercitu dicam breuiter ut caetera. Nunquam eas copias Rex Deio-  
tarus habuit, quibus inferre bellum, Populo Romano posset, sed quibus fines  
suos ab excursionibus hostium & latrocinij tueretur, & Imperatoribus  
nostris auxilia mitteret. Atque antea quidem maiores copias alere poterat,  
nunc exiguas vix tueri potest. At misit ad Caesium nescio quem, sed eos quos  
misit, qui ire noluerunt, in vincula coniecit. Non quaero quam verisimile sit,  
aut non habuisse Regem quos mitteret, aut eos qui missi essent, non paru-  
isse, aut qui dicto audientes in tanta re non fuissent, eos vincitios potius quam  
necatos voluisse. Sed tamen cum ad Caesium mittebat, utrum causam illam  
victam esse nesciebat? An Caesium istum magnum hominem putabat?  
quem profecto is qui optime nostros homines nouit, vel quia non no-  
uisset, vel si nouisset contemneret? Addidit etiam illud, equites non optimos  
misisse. Veteres credo Caesar nihil ad tuum equitatum, sed misit ex istis quos  
habuit, electos. Ait etiam (nescio quem) ex eo numero seruum iudicatum. Non

Quis inquit  
necesse parca / ande  
nec est missi quid  
q. Caesaris regis ar  
caesaris fortuna nam  
hacionis comitem  
p. l. m. g. m. m. m. m.  
m. m. m.

Quis inquit  
qui 3 pars sa orou  
p. qua p. m. f. a. m. q. m.  
comitatus & quid m  
p. m. m. m. m. m. m.  
p. m. m. m. m. m. m.  
p. m. m. m. m. m. m.  
p. m. m. m. m. m. m.

Quis inquit  
ad abusus sum

Handwritten marginal notes on the left side of the page, including the words 'Prolocutio est ex figura' and other fragments.

Handwritten marginal notes on the right side of the page, including the words 'Quis inquit' and other fragments.

PROREGE DEIOTARO ORATIO.

bitror, non audiui, sed in eo etiam si accidisset, culpam Regis nullam fuisse se arbitraret. Alieno autem a te animo fuit, Quomodo? Quia speravit (credo) difficiles tibi Alexandriae fore exitus, propter regionis naturam & fluminis. At eo ipso tempore pecuniam dedit, exercitum aluit, quem Asiae praefecerat, ei nulla in re defuit, tibi victori non solum ad hospitium, sed ad periculum etiam atque ad aciem praesto fuit. Secutum est bellum Africanum graues de te rumores sparsi, qui etiam furiosum illum Caesarem excitauerunt. Quo tum erga te Rex animo fuit, qui auctionatus sit, seseque expoliare maluerit, quam tibi pecuniam non subministrare. At eo (inquit) tempore ipso Niceam Ephesumque mittebat, qui rumores Africanos exciperent, & celeriter ad se referrent. Itaque cum esset ei nunciatum Domitium naufragio perisse, etiam te in castello circumfederali de Domitio dixit versum Graecum eadem sententia, qua etiam nos habemus Latinum. Pereant amici, dum una inimici intereant. Quod ille si esset tibi inimicissimus, nunquam tamen dixisset. Ipse enim mansuetus est, versus immanis. Qui autem Domitio poterat esse amicus, qui tibi esset inimicus? Tibi porro inimicus cur esset a quo cum vel interfici belli lege potuisset, Regem & se & filium suum confuturos esse meminisset? Quid deinde furcifer, quo progreditur? Ait hac laetitia Deiotarum elatum vino se obruisse, in conuiuioque nudum saltasse se. Quae crux huic fugituo potest satis supplicij afferre? Deiotarum saltante quisquam aut ebrium vidit unquam? Omnes sunt in illo regiae virtutes, quod te Caesar ignorare non arbitror, sed praecipue singularis & admiranda frugalitas. Et si hoc verbo scio laudari reges non solere, frugi hominem dici non multum laudis habet in Rege, fortem, iustum, seuerum, grauem, magnanimum, largum, beneficum, liberalem, haec sunt regiae laudes, illa priuata est. Vt volet quisque accipiat. Ego tamen frugalitatem id est modestiam & temperantiam virtutem esse maximam iudico. Haec in illo est ab ineunte aetate, tum a cuncta Asia, tum a Magistratibus Legatisque nostris, tum ab Equitibus Romanis, qui in Asia negociati sunt, perspecta & cognita. Multis ille quidem gradibus officiorum erga Rem nostram ad hoc regium nomen ascendit. Sed tamen quidquid a bellis P. R. vacabat, cum hominibus nostris consuetudines, amicitias, res, rationesque iungebat, ut non so-

B

*Debit. 2000*

*scio ac*

*frugalitas  
modestia  
temperantia  
magnitudo*

*De generatione m...*

*Directio accipit...*

*Laudat acce...*

*Magis talis...*



PRO REGE DEIOTARO ORATIO.

ruptela serui si non modo impunita fuerit, sed etiā a tanta auctoritate ap-
probata, nulli parietes nostram salutē, nullae leges, nulla iura custodient.
Vbi enim id quod intus est atq; nostrum impune euolare potest, cōtraq;
nos pugnare, fit in dominatu seruitus, in seruitute dominatus. O tempo-
ra, o mores. Gn. Domitius ille quem nos pueri Consulē, Censorem, Pō-
tificem maximum vidimus, cum Tribunus Pl, M, Scaurum principem
ciuitatis in iudiciū populi vocauisset, Scauricq; seruus ad eum clam domū
uenisset, & crimina in dominū delaturum se esse dixisset, comprehendi
hominem iussit, ad Scaurūq; deduci. Vide quid intersit, etsi inique Casto-
rem Domitio comparo, Sed tamē ille inimico seruum remisit. Tu ab auo
abduxisti, Ille incorruptum audire noluit, tu corrupisti, Ille adiutorem
seruum contra dominum repudiauit, tu etiā accusatorem adhibuisti, At
semel iste est corruptus a vobis? Nonne cum esset perductus & cum tecū
fuisset refugit ad legatos? Nonne etiam ad hunc Gn, Domitium venit?
Nonne audiēte hoc Seruio, Sul, clarissimo viro, qui tū casu apud Domi-
tium cenabat, & hoc T, Torquato optimo adolescente se a te corruptū,
tuis promissis in fraudem propulsus esse confessus est? Quae est ista tam
impudens, tam crudelis, tam immoderata inhumanitas? Iccirco in hac vr-
bem venisti, vt huius vrbs iura & exempla corrūperes? domesticāq; tua
inhumanitate nostrae ciuitatis humanitatem inquinares? At quam acu-
te collecta crimina? Blesamius (inquit) ei<sup>9</sup> em̄ nomie optimi hominis nec
tibi ignoti, maledicebat tibi, Ad Regē (inquit) scribere solebat te inuidio-
se Tyrannum existimari. Statua inter Reges posita animis hominū ve-
hemēter offensis, plaudi tibi non solere. Nonne intelligis Caesar ex vrba-
nis maliuolorum sermūculis haec ab istis esse collecta? Blesamius Tyrann-
num Caesarem scriberet? Multorum enim ciuium capita viderat, multos
iussu Caesaris vexatos, verberatos, necatos, multas afflictas & euerfas
domos. Armatis militibus refertum forum. Quae semper in ciuili victo-
ria sensim<sup>9</sup>, ea te victore non vidimus. Solus (inquā) es C, Caesar, cuius
in victoria ceciderit nemo nisi armat<sup>9</sup>, Et quē nos liberi in summa Reip.
libertate nati nō modo nō Tyrannum, sed etiam clementissimum in vi-
ctoria videmus ducē. Is Blesamio qui viuit in regno Tyrānus videri pot-

Exclamatio cicero

Valerius h. h. o. en.
de impetio

Caesaria erat ma-
nis p. h. o. m. q. m.
p. h. o. m. q. m.
p. h. o. m. q. m.

Mitigat asinus
p. h. o. m. q. m.

Laudat cesar

maximo
cades ad
m. m.
p. h. o.

to so mi
ia factu apt

quasi
m. m.
p. h. o.

na est

Prima os
p. h. o. m. q. m.

Refutat ho
m. m.
p. h. o.

MARCI TVLLII CICERONIS,

test? Nam de statua quis queritur, vna præsertim, cū tam multas videat?  
 Valde enim inuidendum est eius statuæ, cuius tropheis nō inuidem⁹. Nā  
 si locus affert inuidiam, nullus locus est ad statuā quidem rostris clarior.  
 de plausu autem quid respondeam? qui nec desyderat⁹ vnquā a te est, & nō  
 cūquā obstupefactis hominibus ipsa admiratione compressus est, & fors  
 tasse eo prætermisus, quia nihil vulgare te dignum videri potest. Nihil a  
 me arbitror prætermisū. Sed aliqd ad extremā causæ partē reseruatū. Id  
 aut aliqd est, te vt plane Deiotaro reconciliet oratio mea. Nō em̄ iam meo  
 tuo ne tu illi succenseas, illud vereor, ne tibi illum succensere aliquid sus  
 spicere, quod abest longissime mihi crede Cæsar. Quid enim retineat per  
 te meminit, non quid amiserit, neq; se a te mutatum arbitramur. sed cū  
 existimaret a multis tibi multa esse tribuenda, quæ minus assequi in alte  
 ra parte potuisset, ea sumeres ab illo non recusa uit. Etenim si Antiochus  
 magnus ille Rex Asiæ, cū postea quā a Scipione deuict⁹ Tauro ten⁹ reg  
 nare iussus esset, omnemq; hanc Asiā, quæ est nūc Prouincia nostra ami  
 sisset, dicere est solitus, benigne sibi a P. Ro. esse factum, qd nimis mag  
 na procuratione liberat⁹, modicis regni terminis vteretur. potest multo  
 facilius se Deiotarus consolari. Ille enim furoris multā sustinuerat, hic  
 erroris, omnia tu Deiotaro Cæsar tribuisti, cum & ipsi & filio nomē re  
 gium concessisti. Hoc nomine retento atq; conseruato, nullum beneficiū  
 Po. Ro. nullum iudicium de se Senatus imminutum putat. Magno ani  
 mo & erecto est, nec vnquā succumbet inimicis, ne fortunæ quidē. Mul  
 ta se arbitrat, & peperisse antea factis, & habere i animo atq; virtute, quæ  
 nullo modo possit amittere. Quæ enim fortuna? aut quis casus? aut quæ  
 tanta possit iniuria omnium Imperatorū de Deiotaro decreta delere? Ab  
 omnibus enim est ornatus, qui, postquā in castris esse potuit per ætatem,  
 In Asia, Cappadocia, Ponto, Cilicia, Syria, bella gesserunt. Senatus ves  
 ro iudicia de illo tam multa tanque honorifica, quæ publicis P. R. lites  
 ris monumentisq; consignata sunt, quæ vnquā vetustas obruet? aut quæ  
 tanta delebit obliuio? Quid de virtute eius dicā? quid de magnitudine ani  
 mi, grauitate, constantia? Quæ omnes docti atq; sapientes summa, quidā  
 etiam sola bona esse dixerunt, ijq; non modo ad bene, sed etiā ad beate vi



PRO REGE DEIOTARO ORATIO.

uendum contentam virtutem esse. Hæc ille reputās & dies & noctes cogi-  
tans, non modo tibi non succenset (esset enim non solum ingratus, sed  
etiam amens) verum omnem tranquillitatem & quietem senectutis accep-  
tam refert clementiæ tuæ. Quo quidem animo cum antea fuit, tum nō du-  
bito quin tuis literis quarum exemplum legi, quas ad eū Tarracone huic  
Blesamio dedisti, se magis etiā erexerit, ab omniq; sollicitudine abstraxe-  
rit. Iubes enim cum bene sperare, & bono esse animo, qđ scio te non frus-  
tra scribere solere. Memini enim iisdē fere verbis ad me te scribere, meq;  
tuis literis bene sperare non frustra esse iussum. Laboro equidem Regis  
Deiotari causa, quo cum mihi amicitiam Resp. conciliauit, hospitiū vo-  
luntas vtriusq; cōiunxit, familiaritatem consuetudo attulit, summam ve-  
ro necessitudinem magna eius officia in me & in exercitum meum effe-  
runt. Sed cum de illo laboro, tum de multis amplissimis viris, quibus se-  
mel ignotum a te esse oportet, nec beneficium tuū indubium vocari, nec  
hærere in animis hominum sollicitudinem sempiternam, nec accidere  
vt quisquā te timere incipiat eorum, qui semel a te sint liberati timore. Nō  
debeo C. Cæsar (quod fieri solet in tantis periculis) tentare, quonam mo-  
do dicendo / misericordiam tuam commouere possim, nihil opus est, oc-  
currere ipsa solet supplicib; & calamitosis, nulli; oratione euocata. Pro-  
pone tibi duos Reges, & id animo cōtemplare quod oculis non potes, da-  
bis profecto misericordiæ, quod iracundiæ negauisti. Multa sunt tuæ cle-  
mentiae monumenta, sed maxime eorum incolumitates, quibus salutē de-  
disti, Quæ si in priuatis gloriosa sunt, multo magis commemorabuntur  
in Regib;. Semper Regium nomen in hac ciuitate sanctum fuit, Socioꝝ  
vero Regum & amicorum sanctissimum, quod nomen hi Reges ne amit-  
terent / te victore timuerunt. Retentum vero & a te cōfirmatum, posteris  
etiam suis tradituros esse confido. Corpora vero sua pro salute regū suo-  
rū hi legati tibi Regij tradunt Hieras & Blesamius & Antigonus, tibi no-  
bisq; omnibus iā diu noti. eadēq; fide & virtute peditus Dorialus, qui nu-  
per cum Hiera legatus est ad te missus, tū Regum amicissimi, tū tibi etiā  
probatī vt spero. Exquire de Blesamio, nunquid ad Regem contra digni-  
tatem tuā scripserit. Hieras quidem causam omnē suscipit, & criminib; il-

B iij

Satis Regis

Dependit ad eandem

MARCI TVLLII CICERONIS,

lis pro Rege se supponit reum, memoriam tuam implorat, qua vales plu-  
rimum. Negat vnquam se a te in Deiotari Tetrachia pedē discessisse, in pri-  
mis finibus tibi se praesto fuisse dicit, vsq; ad vltimos profecurum. Cū e-  
balneo exisses, tecum se fuisse. Cum illa munera inspexisses coenatus, cū  
in cubiculo recubuiesses, eandemq; assiduitatē tibi se praebuisse postridie,  
Quamobrem si quid eorum quae obiecta sunt cogitatum sit, nō recusat.  
quin id facinus suum iudices, Quocirca C. Caesar velim existimes hodi-  
erno die sententiā tuā, aut cū summo dedecore miserimā pestem impor-  
taturam esse Regibus, aut incolumem famam cū salute. Quorum alterū  
optare aliorum crudelitatis est, alterum conseruare clementiae tuae.

M. T. Ciceronis oratio pro Rege Deiotaro finem habet. Impressa  
in aedib; Lottherianis Anno a recōciliata diuinitate M, cccc. xvij.


quod ponit cui est  
rem argumētatione  
s qua ante dicit p ant  
impicit q necessaris  
atq a si q ab hinc

ma iudicē  
legit dicit  
fuit & ambig  
plura fuisse  
causa tanta  
fuit inuolunt  
causa  
si multat  
no 3 me no  
p p p fuisse  
mris & dicit  
m

Deiotario oratione...  
amicissimam / Bello (quod) in illi peris peris fuisse qd. pugnā at  
pugnā peris / Bello se qdicit at demde Cno Casari / Bello  
pugnā / pugnā ad inimicissimam. Cuius veri Pompei in amicitia  
fuit particeps p tunc suam partem multatū est. In Deiotario  
postea per seipsum suam pugnā in rebus (quibus) inuolunt  
inimicissimam / Bello se qdicit at demde Cno Casari / Bello  
pugnā / Bello se qdicit at demde Cno Casari / Bello  
in castro / Bello se qdicit at demde Cno Casari / Bello  
interfuit pugnā ab qui loca in Casari res recusat / Bello  
ad ut Casari no voluntas Deiotari / Bello se qdicit at demde Cno Casari / Bello  
Nihil praeter alia conuentiones q cum obiecta q Deiotari p  
fuisse aduersus Casari ad impio ab alio / Bello se qdicit at demde Cno Casari / Bello  
De q equis no bonos / Bello se qdicit at demde Cno Casari / Bello  
De q feris quibus indicata / Bello se qdicit at demde Cno Casari / Bello  
peris Casari obiecta q dicit qd in pugnā pugnā pugnā pugnā  
in dicit uno coram in animo pugnā qd at pugnā qd alio qd  
pugnā pugnā Deiotari q dicit qd in pugnā pugnā pugnā pugnā  
in pugnā qd Casari quod ab alio pugnā Deiotari q dicit  
qd qd nata & ano pugnā amicissimam. Contra quos at pugnā  
& suspiciones inuolunt Cno Casari qd pugnā pugnā pugnā  
Et Deiotari qd pugnā pugnā pugnā pugnā pugnā pugnā pugnā  
pugnā pugnā pugnā pugnā pugnā pugnā pugnā pugnā pugnā pugnā

Druck  
Garten  
Kubis  
Fungus  
Kunde  
Kunde

unvollständig  
in  
H  
Kunde



Datum der Entleihung bitte hier einstempeln!




Lit. Rom. B. 123

Lit. rom. B. 183

dt-ds-002431

